




Groninga dominium

<https://hdl.handle.net/1874/430434>

GRONINGÆ DOMINIVM.

349



Blonde
Div-50

mittunt ad Saxonem delegatos deditio[n]em offerentes, modo atx ab Ezardo imposta destrueretur. Has ut ab hominibus superbis profectas condicione[s] & jam defectionem meditantibus, cum Georgius accipere recusaret, & sine exceptione deditio[n]em fieri velleret, delegati re infecta abeuntes ei prædixerunt fore ut nec ipse nec nullus suorum juris quicquam in Frisiis unquam habiturus esset, statimque ubi domum reverterentur, de alterius principiis patrocinio sibi conciliando consultant. Is fuit Carolus Egmondanus Gelriæ dux, qui ut se adversus Burgundorum potentiam tueretur, partes Francorum Regis semper sequutus fuerat, & tunc per Guilielnum Ovenium & VVernerū Spiegelum urbis possessionem adeptus, d[omi]n[u]s stracta arce oppidanos in fidem Coronæ Francicæ impulit. inde varium & anceps inter Georgium Saxonem & Carolum diu bellum fuit, donec laborum & sumptuum pertæsus Saxo jus omne suum Carolo Hispanorum Principi ducentis aureorum milibus acceptis concessit, & in Misniam ad sua se contulit. Ab eo tempore Carolo cum Austris res fuit, Floro Iselsteinio rem pro Austris, Ezardo Cisamasanæ Frisiæ Comite pro Carolo rem gerente. Tandem Groningani cum viginti totis annis Carolo paruisse[n]t, triginta milium florenorum vestigali penitus, belli nullum finem videntes, crescente iam Caroli Cæsar[is] in dies potentia cessere & deserto Geldriæ ducis infirmo patrocinio Margarita[re] Caroli Cæsar[is] materteræ quæ Belgio præcerat, opem implorarunt, quæ missio Georgio Schenckio Tarentburgensi cives in verba Cæsar[is] nepotis adegit VI. Idus Iunii, anno 1510 xxxvi. ita Groninga in Austriorū potestatem venit, tot factionibus jactata, totiesque mutato diversorum principum dominatu. Postea anno mil-

lesimo quingentesimo nonagesimo quarto, mense Iulio, Illustrissimus Princeps Mauritiu[m] Groningam arcta obsidione cinctam ad deditio[n]em compulit, & Uniuersitatem Provinciarum Imperio ac Societati subdidit. Huius Domini[us] Metropolis Groninga urbs est antiqua, circiter trecentis septuaginta octo annis ante Christum natum condita à quodam Trojano Grunnio, ut auctor est Munsterus. Intus Lacubus & paludibus abundat, partim natura insitis, partim arte eo perductis. Civitas ampla est multisque magnificis ædificiis instructa, quæ ab opulentis & ditissimis civibus incoluntur. Sita est ad grad. xxviii. minut. xxiv longitudinis, latitudinis vero grad. 53. min. xvi. à Leovvardia sex leucarum intervallo direpta. Primarium eius Templum sacrum est Divo Martino, & Episcopo Monasteriensi subditum. in eo monstratur elegans Organon elaboratum ipsa manu Rodolphi Agricola civis Groningensis. Jussu & auctoritate Illustrissimorum DD. Ordinum erectum hic est Atheneum anno millesimo sexcentesimo decimo quarto, quod indies incrementum accipit. Civitas frequens & potens, imperium eius intus forisque luculentum. ab ortu & occasu ager est longè latè que porrectus, tum fertilis quoque, & non parvo pagorum numero in sessus. A Septentrione, confederatio urbi & societas cum toto eo tractu qui longis latisque spatiis usque ad ipsum mare procurrit, pagis & vicis densis ac fertilissimis pascuis mitum in modum luxurians: Is tractus vulgo audit de Omme-Landen, & suos etiam habet Nobiles, qui secundum Groningensis Domini[us] membrum componunt, Primum enim censetur ipsa Civitas cum suo Magistratu. Gaudet amplissimis privilegiis & immunitatibus sibi à Principe concessis, ita ut tam de civilibus quam criminalibus